



Cre-átor géne-ris hu-máni, ani-má- tum corpus sumens,
 de Vírgine nasci digná- tus est : et procédens homo
 si-ne sémi-ne largí-tus est nobis su-am De- i-
 tátem. Cant. Magní- ficat. e u ó u a e.

Oratio.

DEUS, qui salutis æternæ, beátæ Mariæ virginitate fe-
 cúnda, humano géneri præmia præstitisti : tribue,
 quæsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus &
 per quam merúimus Auctórem vitæ suscipere : Dóminum
 nostrum Jesum Christum Filium tuum & qui tecum vivit.
 ♣ Quando prædicta Oratio dicitur ad Memoriam, et eam
 sequitur alia Memoria, terminetur sic : Auctórem vitæ
 suscipere : Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

A FESTO PURIFICATIONIS USQUE AD QUADRAGESIMAM.

Omnia ut in Adventu, præter hic posita.

Ad Magnif.
 Ant.
 v. toni.



AL- - MA Redemptó-ris
 Ma- ter, quæ pér- vi- a cæ- li por- ta ma- nes,